

X 187 6333

II i
2617

A. & Ω.

De

SEPTIMANA SANCTA,

von

der Marter-*Woche* /

in eadem

die Mercurii A. M. DC. XCIII.

IN

ACADEMIA LIPSIENSI

EX

HISTORIARUM MONUMENTIS

disputabunt publicè

PRÆSES

M. GODOFREDUS LUDOVICI,

Barutho - Budiss.

&

RESPONDENS

GEORGIUS GREGORIUS FRANCISCI,

Muscaviensis,

Lufati

LIPSIÆ, Literis BRADTIANIS.



14

DEPT. OF THE
SANTA ANITA

DEPARTMENT OF THE
SANTA ANITA

ACADEMY OF THE SCIENCES

HISTORICAL MONUMENTS

M. GODDARD'S HISTORY

GEORGE'S GREGORY'S HISTORY

THE HISTORY OF
THE



I. N. J.

§. I.

DE *Septimanâ Sanctâ* agere decretum est. *Diaria*, non *annalis* intelligitur (a): Ista nimirum, quæ septem diebus pascha antecedentibus constat, considerationis est.

(a) Est hæc Hebræorum diuisio, annotante Thomâ, Goodwin in Mose & Aaron p. 200.

§. II.

Huic vero hebdomadi vel ideò, quod sanctior vix omnibus retrò seculis hebdomas extiterit (b), cognomen *Sanctæ* vindicari potest. *Magnam* Autori Constitutionem Apostolicarum (c) & D. Chrystomo (d) eandem vocare placuit. Rationem ipse Chrystomus suppeditat, dicens: *Magnam* appellamus, non, quod illius dies magnitudine exuberent, sunt enim alii maiores; aut quod plures numero sint, sunt enim aliis numero æquales, sed quod in illâ magna res à Dominò gestæ sint. In hac enim magnâ hebdomadâ

diuturna illa Diaboli tyrannis dissoluta est, mors ex-
 tincta est, fortis ille vincit, vasa erepta sunt,
 peccatum sublatum, maledictio soluta, paradysus re-
 clusus, cœlum pervium factum &c. Idem dicit
 Callistus in Synaxariò Sabbathi sancti: (e) λέγεται μεγά-
 λη ἑβδομάς, ἔχ' ὅτι μείζους εἰσιν αἱ ἡμέραι αὐταί, ἢ αἱ ἄραι, ἀλλ' ὅτι
 τὰ μεγάλα καὶ ὑπερφυῖν τεράστια καὶ ἐξαισία ἔστω Σωτῆρος ἡμῶν ἔργα
 ἐν ταύτῃ ἐπεράχθησαν σήμερον. *Dicitur magna hebdomas,*
non quod hi dies vel hora longiores sint, sed quod in-
gentia & supernaturalia miracula, & potissima Salva-
toris nostri opera in ea completa sunt. Ab aliis τῶν ἁ-
 γίων παθῶν ἑβδομάς, sanctarum passionum hebdomas,
 σωτηρίας παθῶν ἑβδομάς Salutiferæ passionis hebdomas
 dicitur, & dies ejus σωρώσιμοι ἡμέραι, crucifixioni ad-
 scripti dies, it. παθημάτων ἡμέραι, passionum dies appel-
 lantur. (f) Ignatius *hebdomadam passionis* nuncupavit
 (g); infimæ latinitati *Pœnosa* (h) dicta est.

(b) Hild. br. d. prisca & primitivæ Ecclesiæ sacris publicis, templis &
 diebus festis, & qui cum hōc verbotenus convenit, Josua Arndius
 in Lexicō Antiq. Eccles. p. 409.

(c) L. I. cap. 33. Etsi autem quidam has tanquam Apосто-
 licas defendere velint, ex ipsis tamen Pontificiis Gabriel Albalpi-
 naus L. I. Observ. sacr. c. 13. contradicit, it. Petrus de Marcâ L. III.
 de Concordiâ Sacerdotii & Imperii c. 2. has Constitutiones Cle-
 menti Romano & multò minus Apostolis tribuendas esse, negant.
 Rigidissimum Oppugnatorem habemus Joh. Dallaum in Tracta-
 tu de Pseudepigraphis Apostolicis L. I. & II. Conf. Chemnit. P. IV.
 Exam. p. 778 Gerh. Conf. Cath. T. I. P. II. c. 7. p. 409. Chamier in Pan-
 stratiâ L. V. c. 17. th. 5. aliique.

(d) Hom. 30. in c. 10. Gen.

(e) Ex

(e) Ex Chrysoſtomô hæc eadem ferè verba habere Calliſtum, teſta-
tur Leo Allatius in diſſert. de Dominicis & hebdomadis recentio-
rum Græcorum §. 20.

(f) Vide Suicerum in Theſ. Eccl. è patribus Græcis petitô in *vocis*
ἑβδομάς.

(g) In Epistolâ ad Philippenses, citante Hospinianô in Tractat. de
Festis Christ. p. 76. etsi non ignoro, huic & omnibus Ignatii Epi-
stolis fidem derogari à Cent. Magd. Cent. II. pag. 165. Calvinô
L. I. Instit. c. 13. th. 29. Gerh. Conf. Cath. T. I. p. 625. in primis.
Joh. Dallæô in Tr. de Scriptis Dionysii Areopagitæ & Ignatii; &
sanè non omnia argumenta, quæ contra Epistolas Ignatii Dallæi
defensor, Matth. Laroquanus in Observationibus ad Ignatianas
Pearsonii vindicias produxit. aut potius, quæ à Dallæo producta
vindicanur, esse de nihilô, judicat Pl. Rev. Dn. Ittigius noster in
Coll. MS. in Hist. Eccl. Sec. II. th. 7.

(h) Hildebr. c. l.

§. III.

Peculiare quid est, quod hæc hebdomas *Pa-*
*schat*is quoque nomine, quod ad Pascha præparati-
va esset, insignita fuerit. *Vocabatur antiquitus*
PASCHA non solum ipsa dies Resurrectionis Domini,
sed totum etiam illud tempus, quod est à Dominicâ in
Ramis Palmarum, ut vocant, usque ad octavam Pa-
sche, sunt verba Hospiniani ex Durandô (i) desumpta. Sic
jejunare Pascha jejunium quadragesimæ denotat,
quod ab aliis paschalis observantia appellatur. To-
letanum Concilium VIII. illos damnat, qui cibis pro-
hibitis *Festa paschalia* contemnunt; eodemque voca-
bulô utitur Aug. in Psal. 98. (I). Non tamen putan-
dum, quasi *πάχα* natales suos debeat græco vocabulo

πάσχα, prout aliqui ex Patribus (m) putârunt, quos non immerito non audiendos Suicerus (n) censet, cum cuilibet notum sit, in linguâ Hebræâ transitum notare, & inde benè istos, qui vocem hanc in Græcam linguam transtulerunt, *pascha* vertisse *Diabateria* & *Hyperbâsian*, Leo Allatius notat (o).

(i) Lib. VI Rationalis div. Off. c. 86.

(l) Macri in Hierolexicô p. 453.

(m) Loca adducit celeberrimus Dn. Sagittarius in Harmon. Pass. pag. 83.

(n) in Thes. Eccl. voce *πάσχα*.

(o) in Dissert. de Dominicis & Hebdomadis Græcorum §. 22.

§. IV.

Relictis his aliisque Græcis Latinisve appellationibus, ad Germanicas progredimur. Nobis hæc hebdomada dicitur *die Marter-Woche*. Ratio patet. Quis enim ignorat, his diebus præ reliquis nos passionis & mortis J. C. memoriam solenniter recollere? Cur *Char* oder *Kahrwoche* appelletur, in eò nondum omnes consentiunt. Res tanti non est. Sive itaque cum Dresserô (p) deducas à vocolâ *charus*, quasi *Kahr-woche* sit hebdomas chara, quâ Filius Dei pro nobis effusô sanguine in cruce pependit, factus maledictum pro nobis, ut nos maledictos à morte & damnatione æternâ liberaret; sive cum Hildebrandô (q) & Hospiniano (r) ab antiquo vocabulo *Kahr*/ quod in foro civili pro mulctâ accipiunt, eâque pœnam

nam

nam seu potius satisfactionem pro poenâ denotari ma-
lunt, uti in foro judiciali reus mulctâ sibi imposi-
tâ læloque pro damno & injuriâ satisfaciens dicitur,
Er habe 30m einen Abtrag / Kabr oder Wandel
gethan; in foro sacro aliquot dierum in solo pane &
aquâ jejunium notat, cum rigida apud priscos jejunia
per hanc hebdomadam fuerint, (s) id quidem perin-
de erit. Aliis dicitur die stille Woche. Juri Saxo-
nico audit die Kreuz-Woche / observante Dn. D.
V Wildvogelio. (t)

(p) de Festis diebus p. 61.

(q) in Rituali Orantium c. X. §. 5.

(r) c. l.

(s) Hildebr. de sacris publicis, templis & diebus festis.

(t) in dissert. de eô, quod justum est circa tempus quadragesima-
le pag. 49.

§. V.

Quid Jesuita Matthias Faber de hac hebdomada
sentiât, scilicet, hanc totam respondere Festo Expia-
tionis Judæorum, hocque typum illius fuisse, indeque,
quicquid Judæi in Festo fecerint, in septimanâ, hâc
Christianos facere debere, id ex eius Concionum
parte hyemali Conc. II. pag. 606. fusius perspici po-
terit.

§. VI.

Ante omnia, quid Scriptura de hâc hebdomadâ
habeat, audiendum erit; sic enim & fons patebit, ex
quô & Ecclesia eam sanctam habere cœpit. Feria I.
Chri-

Christus gloriosè in Urbem , consentiente Euangei-
starum quadrigâ, (u) ingressus est. Neque enim ter-
ror mortis proximæ , quam sibi esse oppetendam Hie-
rosolymis sciebat, obstabat, quò minus eò alacriter
pergeret, atque præiret, etiam discipulis cunctantibus.
Bethaniâ ad Betphage(x) sitam ad montem Olivarum,
accedebat; priusquam urbem ingrederetur, divinâ vir-
tute videns locum, ubi asinus & pullus alligata erant, ut
solverent utrumque , discipulis mandabat; adductum
pullum asinæ ascendebat; turba & ramalia & frondes,
vestimenta que per viam sternebat, quid? quod eun-
dem persecuti ingenti cum clamore, verum Mesiam
professi, tum benè precati, addebant lætam benè pre-
cantium acclamationem: Hoschianna. *Dominicam*
Palmarum hanc feriam nominant, vel à ramis frondi-
busque, vel propter palmas in viâ stratas, (y) dum
Hierosolymam ingressus est Servator; vel propter
processionem cum palmis, quæ hòc die à Pontificiis fi-
eri amat, quâ de re infra. *Osanna* (z) propter acclama-
tionem populi dicta est. Proximò mane , quod erat
Feria II. Christus denuò tendit Hierosolymam, ficui
maledixit, ac vendentes è templò ejecit. α) Feriâ III.
manè reversus Hierosolymam in templò compescuit
principes Sacerdotum , obturavit os Sadducæis &
Pharisæis β), objurgavit Scribas & Pharisæos γ), egres-
sus in montem Oliveti prædixit excidium Hierosoly-
morum

morum. (δ) Feriâ IVtâ docuit in templô , vesperi re-
versus Bethaniam, coenavit in domô Simeonis leprosi.
Feriâ Vtâ edit Pascha vesperi cum discipulis , lavit i-
psorum pedes, instituit cœnam Dominicam &c. Die
Veneris Illusus , consputus , flagellatus & crucifixus
est ; quem subsecutum est Sabbathum magnum seu
Sanctum. (ε)

(u) Matth. c. 21. Marc. c. 11. Luc. c. 19. breviter Joh. c. 12.

(x) quæ hîc est φαινομένῃ talis Evangelistarum discrepantia, eam
exponit Dn. Sagittarius in Harm. Hist. pass. J. C. p. 30.

(y) nisi potius juxta viam tentoriola & tabernacula ex vestibus & ra-
mis, ad morem festi Scenopegiæ, confecta fuisse dicamus cum
Lightfootô Hor. Hebr. & Talmud. in c. 21. Matth.

(z) Confer de hujus sensu eruditam disputationem M. Wintzeri de
sensu acclamationis Hosanna A. 1678. Lipsiæ habitam.

(α) Matth. c. 21.

(β) Matth. 22.

(γ) Matth. 23.

(δ) Matth. 24. & 25.

(ε) Ita gesta hujus hebdomadæ, præeunte Scripturâ, recenset Dresse-
rus in Enchirid. de Festis diebus p. 59. 60. 61. & fusius Dn. Sagit-
tarius c. 1. Cæteris controversiis, qualis est, quô die Christus pa-
scha comederit, nos ut immisceamus, instituti ratio non permit-
tit. Fusius hanc allegatam pertractant B. Strauchius in dissert.
de πᾶσιν ἡμέραις τῆς εὐαγγελίας, & quod eidem immediatè successit, passio-
nis ac mortis Ch. tempore, præprimis hypothese 6. & B. Frisch-
muth in dissert. de quæstione: Num Christus eodem die cum
Judæis, pascha comederit? quorsum B. L. remittimus.

§. VII.

Hancque ipsam hebdomadam sanctiorem ha-
bitam fuisse ab Ecclesiâ tot abhinc seculis , §. 2. asse-

B

rui-

ruimus. Quæstio nunc erit, quònam potissimùm
tempore observatio hujus Septimanæ solennis coepe-
rit? Equidem festa sub initium Ecclesiæ admodum
fuère rara, ita, ut non alii, præter *Pascha* & *Penteco-*
sten & *diem Dominicam* fuerint dies solennes (?). Hoc
extra dubium est, Christianos sæpius convenisse ad
auditum Verbi divini, id tamen asseri simul nequit,
præter dictas dies solennes alias fuisse primæ Ecclesiæ.
Sic Seculò II. Festa non alia, quàm *dies Dominicus*,
Pascha & *Pentecoste* cum suis parascevis obtinuère;
(ⁿ) & Seculò III. eadem adhuc Observatio mansit. (⁹)
Certè Origenes, quando enumerat festa suæ ætatis,
(ⁱ) præter *Dominicam diem*, *Pascha*, *ejusque Parasce-*
ven & *Pentecosten*, nullius meminit, adeò, ut frustra
Montacutius (^x) sit, cum jam inde ab Apostolorum
temporibus festum Nativitatis celebratum esse pro-
bare conatur, fundamentò satis infirmò, ex pseudepi-
graphis, puta, Apostolorum Constitutionibus. Et
suppositam exin esse Origenis homiliam in solennita-
te Mariæ Magdalenæ, ejusdem homiliam in festo Epi-
phanias habitam, Cypriani sermonem in Nativitate
Christi, Homiliam Methodii de Simeone & Hannâ,
it. Sermones Gregorii Thaumaturgi in festum An-
nunciationis, quis est, qui non videt? (^λ) Successu tem-
poris, & crescente Christianorum numero simul & re-
ligiosâ ceremoniarum observatione, accesserunt
com-

complura alia Festa, ita ut jam Augustini ævô præter
Pascha & Pentecosten, Passio, Resurrectio, & Ascensio
Domini totò terrarum orbe inter solennitates rece-
ptæ fuerint. (μ) Hòc ipsò & sequentibus seculis
Sanctorum natalitia alia post alia celebrari cœpe-
runt. (ν)

(ζ) Conf. hîc Dürrius Enchirid. Theol. Moral. p. m. 195.

(η) testis est Spanh. in Introd. ad Hist. N. T. Sec. II p. 215.

(θ) nisi festis diebus annumerare placet dies Martyrum anniversa-
rios, quibus in eorum honorem panegyrici sermones dicti, lectæ
passiones, additis oblationibus, donis in usus pios, & populi oble-
tamentis. Has enim *πανηγύρεις* instituisse hòc seculò Gregorium
Neo-Cæsariensem, ut à paganis ritibus Christianos averteret, ex
Nyssenò de vitâ Greg. Thaumaturg. refert Spanh. c. l. Sæc. III p. 297.
Sic in Ecclesia Africanâ idem mos viguit, teste Cyprianò in Ep. 39.
ubi Martyrum dies anniversariâ commemoratione celebrari di-
cit; & jam ante hæc tempora Christiani Ecclesiæ Smyrnenfis in E-
pistolâ ad Ecclesias Ponti spondebant, se martyrii Polycarpiani
natalem cum gaudiò celebraturos. Euseb. L. IV. c. 16. Conf. Hilde-
brandi Libellum de Natalitiis Veterum Sacris & profanis p. 79.
seqq. Has dies tamen ab initiò non fuisse festivas, seu feriales, sed
tantùm memoriales, est post aliquod temporis intervallum has
memorias in festa transisse, præ primis Constantini M. publicò e-
dictò, quod Eusebius L. IV. de vitâ ejus testatur, observat Thum-
mius in Tr. de Festis Jud. & Christ. p. 70. Ex Tertullianò quoq; in-
telligitur, tempus a Paschate usq; ad Pentecosten stando & sine ge-
nuflexione peractũ fuisse. Conf. Canon. 20. Concilii Niceni, & ad i-
stum Canonẽ Christianus Lupus in Scholiis ad Canones & Decre-
ta Synodorũ P. I. p. 83. & Beveregius in notis ad Synodicum p. 88.

(ι) l. 8. contra Celsum.

(κ) in Analectis Exerc. II. p. 387. & Apparatu XI. ad Origenes Eccl. th.
53. p. 390.

(λ) probavit id luculenter Pl. Rev. Dn. L. Ittigius in Coll. MS. in Hist.
Eccl. Sec. III. th. 168.

(μ) testatur id ipse Augustinus Ep. 118. ad Januarium.

(ν) Confer hic prolixè docentem Chemnit. in Exam. Conc. Trid. P. IV. de Festis.

§. VIII.

De Hebdomadâ nostrâ quid dicendum? Ignatius (ξ) equidem, uti suprâ dictum, hebdomadæ hujus meminit, ast & de autoritate loci hujus memoratum est. Quid? quod Constitutiones Clementis jamdum de eâdem loquantur. (ο) At & hæ quàm infirmò stent talò, suprâ annotavimus. Hospinianus, (π) postquam annotaverat, Paschatis nomine & præcedentem, & subsequentem Resurrectionis hebdomadam fuisse insignitam, tandem infert: *Etsi hæ due Septimanae, una ante, & altera post Resurrectionis Dominicæ diem statim post Apostolorum tempora solennes fuerunt, propter memoriam passionis & Resurrectionis Domini, sicut ex vetustissimis Auctoribus colligitur, cæperunt tamen Constantini M. demum edictò magis festivæ esse. Legem etenim tulit Constantinus M. ἀπεργάστεις εἶναι τὴν ἑ σωτηρίας πάθος ἑβδομάδα, καὶ ἑ διακαινησίμω, Feriatis esse, Hebdomadam salutiferæ passionis, & eam, quæ Renovationis dicitur. (ε) In quam sententiam etiam Nazianzenus ait: (σ) Nos sanctum Pascha in Orationis domibus & ante Cœnam & post Resurrectionem peragimus.*

(ξ) in Epist. supra citatâ. Vid. §. II.

(ο) L. I. c. 33. ubi sancitum est: τὴν δὲ μεγάλην ἑβδομάδα πᾶσιν, καὶ τὴν μετ' αὐτὴν ἀργεῖτωσαν, Magnâ hebdomade totâ, & eâ, quæ hanc sequitur, ferientur.

(π) in

(π) in Tr. de Festis Christianorum p. 70.

(ε) Ex Alexandro hæc annotat Leo Allatius in Tr. de Dominicis & Hebdomadis Græcorum n. 21.

(σ) Oratione in sanctum Baptismum.

§. IX.

Deducit nos hic sanctus Pater ad enarrandos ritus, quos priscis temporibus hæc Septimanâ usitatos fuisse, antiqua historiarum monumenta nos edocent. Paucitas horum in primis seculis quoad Sacra publica breves nos esse jubet. (τ) Sanè, quàm paucis ceremoniis Justinì ævò, h. e. circa medium Seculi II. integer Ordo Sacrorum constiterit, ipse (υ) nos docet. Suò tempore Chrysoströmus (φ) (ut ad rem veniamus) inquit: *Non nos solum hanc hebdomadam veneramur, sed & Imperatores nostri Orbis. Neque id leviter & perfunctorie, sed vacationem civium Magistratibus concedunt, ut liberi iis curis, omnes istos dies in spiritali cultu absument; ideò & tribunalia januas occluserunt, Cesset omnis controversia, & contentio- nis ac pœnæ species: ferientur aliquantisper carnificum manus & c.* Ante hunc Tertullianus: (χ) *Die paschæ (passionis Dominicæ intelligit tempus) quò communis & quasi publica jejunii religio est, merito deponimus osculum (ψ)*

(τ) Vid. Hildebr. Disp. Theol. de Ritibus §. 38.

(υ) sub finem Apologiæ II.

(φ) locò suprâ citatò.

(χ) lib. de Oratione c. 14.

B 3

(ψ) Sin-

(ψ) Singularem hoc mereri observationem, quod hoc tempore Christiani Veteres communem illum invicem osculandi morem (vide P. Müllerum de Osculô Sanctô;) omiserint, putat Celeb. Saggiarius Harm. pass. J. C. p. 393 & etsi Gabrieli Albaspinzo & Casalio nefas id ipsum videatur, potior tamen ipsi videtur ratio, quod eô ipsô detestati sint Osculi Judæ proditoris memoriam.

§: X.

Sex quoque Paschatis dies (ω) Xerophagiis, h.e. aridò victu transigere, populus omnis assuevit, h.e. panem duntaxat cum aquâ sub vesperam adhibere; sic de suò ævò scribit Epiphanius. (a) Imò vero nonnulli, pergunt idem, ad biduum vel triduum, vel quadriduum usque jejunia prorogant. Alii totam hebdomadam ad usque sequentis Dominicæ gallicinium sine cibò transmittunt. De quo diverso tempore jejunandi Veterum Maimbourg (b) loquitur: quelques-un ne jeûnoient qu'un jour avant cette Fête, comme nous faisons la veille de Noel & de la Pentecoste, d'autres jeûnoient deux jours, quelques-un, dont le nombre étoit grand, jeûnoient plus long-temps, & plusieurs observoient exactement le jeûne de quarante jours.

(ω) Designari passionis hebdomadam, testatur B. Chemnitius P. IV. Exam. Conc. Trid. de Festis.

(a) in Exposit. fidei p. 105. hunc tamen locum Pontificiis nihil probare ad suum jejunium stabiliendum, demonstravit Max. Rever. Dn. D. Alberti Disputat. XXV. in A. C. p. 693. quod Theologis discutiendum relinquo. Quod vero Epiphanius eodem hoc §. dicit, Synaxes quartæ & sextæ feriæ ab Apostolis institutas fuisse,

fuisse, in eò nullam ipsi fidem adhibet Petavius in animadversio-
nibus pag. 356.

(b) Traité Historique de l' établissement & des prerogatives de l' E-
glise de Rome & de ses Eveques Chapitre VIII.

§. XI.

Desumfit hæc Maimbourgus ex Irenæi Episto-
lâ ad Victorem (c). Sed, quod notandum, Rufinus,
Latinus Eusebii interpres, & ex recentioribus Chri-
stophorsonus (d) *voculam dies* de suo addiderunt. (e)
Certè quadragesimale (f) jejunium hujus ævi nondum
erat, *ante-paschale* & istud quoque adhuc liberum,
(g) etsi in usu erat. Sic Seculo III. jejuniorum varia
admodum & libera adhuc fuit observatio, jejunii in-
terim feriæ IV. & VI. maximè tamen *ante-paschali-*
bis solum obtinentibus. (h) Equidem notat Orige-
nes hom. 10. in Lev. *Quadragesima dies jejunio sa-*
cratos fuisse, sed illa vox Latini tantum Interpretis est,
quibus non insolense est, ut Autorum, quos vertunt,
verba, ad sui seculi mores accommodent. (i) Quar-
tò demum seculò jejunium in plures hebdomadas ex-
crevit. (l)

(c) quæ extat apud Euseb. L. V. c. 24.

(d) uti Rufinus varia addidit, sic Christophorsonus in Papistarum
gratiam nonnulla Eusebii loca corrupit, teste Dallæo in Tr. de
Usu Patrum c. IV. p. 124. & seqq. quos errores omnes etiam
Baronio, qui istâ versione oblinguæ imperitiam usus fuerat, ad
hæsisse, observat P. Halloixius T. II. de Illustribus Ecclesiæ Orient.
Scriptoribus p. 370.

(e) ita observat Pl. Rey. Dn. Ittig in Colleg. citatò Sec. II. th. 175. Quæ in
non-

nonnullis editionibus Chronici Eusebiani leguntur de jejuniô quadragesimali, à Telesphorô, Romanô hujus Seculi Episcopô, institutô, ea in Codd. MSS. non heberi, & Eusebio ab Editoribus affingi, ex Scaligerô in animadv. ad Chronicon Euseb. p. 216. Idem Vir Pl. Reverendus ibidem notat. Cæterum, etiamsi quoque vocabulum *dies post quadraginta* ponatur, adhuc tamen nihil obtinere Pontificios, ostendit Dannh. in Christ. id. p. 789.

(f) Scilicet eô sensu, quo succedentibus temporibus dici cœpit. Aliàs enim Quadragesima olim jam tum nomen commune omnium jejuniorum fuit, uti notat Spanh. in Introd. Sec. II. p. 215. & annum quadragesimale ante Pascha primitus non tot diebus, sed horis constituisse, incipiens nempe circa horam 12. diei Veneris, adsignandum videlicet spatium, quo Dominus noster vinculis mortis detentus fuerit, testatur Wilh. Cave in Christianismo primitivô Part. I. cap. 6. Vid. Acta Eruditor. Lips. Anni 1686. pag. 166.

(g) demonstrat id Dallæus L. III. de jejuniis & Quadragesimâ.

(h) Spanh. in Introd. ad Sec. III. p. 296.

(i) Dallæus L. III. c. I. c. 4.

(i) Spanh. c. I. Sec. IV. p. 377.

§. XII.

De cæterô per omnes magnæ hebdomadis dies in Ecclesiâ passim præter jejunia, de quibus dictum, humicubationes, abstinentiæ ab uxoribus, preces lacrymis immixtæ, vigiliæ, Eleemosynæ, aliaque pietatis exercitia frequentabantur. (m) Seculô IV. in quadragesimâ nec spectacula edere, nec supplicium de reis sumere, nec nuptias, aut natalitia etiam Martyrum celebrare fas fuit; (n) Processiones, superstitione jamdum crescente, *ante-paschales* in Seculô VI. Agapeto I. Vigiliis Antecessori, tribuit Petrus de Natalibus

bus (o). Cæsarius, qui non multò post floruit aliquot horum rituum meminit. (p) Nicetas (q) quoque refert, Isacium Imp. circa A. C. 1186. viduas Eleemosynis, pauperculas virgines dote & nuptiarum sumptu hâc hebdomadâ juvâsse. Ulteriùs progredi chartæ angustia inhibet.

(m) Epiphanius L. III. T. I. hæresi 76. (n) ita ex Imperatoriis & Ecclesiasticis Constitutionibus observat Spanh. c. l. p. 377. (o) Id p. 527. (p) homil. 18. (q) l. 3.

§. XIII.

Potius ad ipsos dies hebdomadæ sanctæ progredimur. Initium hujus est à Dominicâ Palmarum, seu *Paschate floridò* (i). De nomine §. VI. dictum est, & dicetur inferius. Dominicæ novæ nomine eam notari, Macri in Hiero-Lexico (s) observant. A. S. Ambrosio *Dominicæ in ramis olivarum* nomen accepit, ab aliis *festum Evangelismi*, iterum ab aliis *Dominica gestationis ramorum* appellatur. *Oschophoriam* (r) & *Verbenalia* dici, Dresserus (u) annotavit, eâdem fortè de causa.

(r) Vid. Carolus du Fresne in Glossariò ad Scriptores mediæ & infimæ Latinitatis T. III. p. 176. (s) p. 229. in vocabulo *Dominica nova*. (t) Fuit aliàs ὄρχοφορία s. ἄρχοφορία festum Athenis, quò palmites uvis onustos gestabant, ἀπὸ τῆς ὄρχησφορίας s. gestatione palmitis racemis onusti. Vid. Joh. Fasoldi Græcorum Veterum ἱερολογία p. 186. Conf. & Plutarchum in Theseò.

§. XIV.

Id circa diem hanc in Concilio Agathensi statutum fuit, *ut ab omnibus Ecclesiis hâc die Symbolum publice*

C

blicè

blicè competentibus, i. e. Catechumenis secundi ordinis (u), qui jam instructi gratiam baptismi unà petebant, prædicebatur, in Can. LVI. de Consecr. dist. 4. propter vicinitatem sc. Paschatis, in quo baptizari solebant; inde hæc *Dominica Competentium* (x) fuit appellata. Dicta & fuit *Capitulavium*. Vulgus eum diem *Capitulavium* nominat, quia tunc moris est lavandi capita infantium, qui ungenti sunt, ne observatione quadragesimæ sorditati ad unctionē accedant, inquit Isidorus (y). Adultis quoque capita lota esse, Pamelius (z) perhibet. Salutatur & *Dominica Indulgentia*, (a) quia in hac die propter proximum Paschæ festum liberabantur in carceribus detenti, quem morem se & Lutetiæ Parisiorum adhuc observatum vidisse Casalius (b) meminit. Unum superest, quod memoratu dignum videtur: Imperatores Constantinopolitani tam militibus, quàm aliis in diversis constitutis officiis numismata aurea pro cujusque dignitate & officio olim hæc hebdomade erogabant (c). Hinc hæc dona ab ipsa hebdomade *βαίτα* appellata sunt. (d)

(u) Catechumenorum duo erant genera: Unum eorum, qui dicebantur *Audientes*. Alterum eorum, qui dicebantur *Competentes*. Vid. Suicerus Thes. Eccl. voce *κατηχούμενος*. Alii tertium genus *Electorum* addunt, uti Hildebr. in disp. de Sacris publ. Alii quatuor ordines faciunt, uti Tobias Pfannerus in Libro de Catechumenis Veteris Ecclesiæ. Plures ordines & gradus Catechumenorum recenset Gerh. Theodor. Meier in Libro de tribus Novellorum Nascantis Eccles. Christianorum Initiamenti §. 97. Conf. prætereà Hoornbeck. in Miscell. p. 329. Cangius in Glossario T. I. p. 887. Strau-

Strauchius in Dissert. de Catechumeno. (x) Hildebr. c. l. (y)
l. 6. Etymol. c. 18. (z) in Tertull. de Baptismo. (a) Conf. Horn-
borg. in Tr. de Quadrag. th. L. (β) de Ritibus Christianor. p. 315.
(λ) Modum erogationis recenset Leo Allatius de Dominicis &
hebdomadis Græcorum n. XX. (δ) vid. Suicerus lib. cit in voce
βαϊω.

§. XV.

Excipit (ε) Dominicum istum diem alter hujus
magnæ septimanæ dies, qui majori cum veneratione
observari debet. Est hic ipse dies *Viridium*, quinta ni-
mirum feria, nobis dicta *der Grüne Donnerstag*. Ali-
quibus, præsertim Durando, (ς) perinde uti Domini-
ca Palmarum *Capitilavium* audit. *Album diem Jo-*
vis dictum esse, quòd tùm distribueretur pauperibus
panis albus, & usque ad præsens in quibusdam Galliaë
locis eandem eleemolynam fieri solere, diemq; hanc
vocari *jeudi blanc*, Macri notant. (η) Appellari quo-
que suevit *Cæna Domini* (θ), quod hoc die Christus
sanctam suam cœnam instituerit; *Natalis Calicis*, (ι)
quod quasi natus eo die sit calix vitæ; *panis dies*, *dies*
lucis, *dies secretorum*, *dies Natalis Eucharistia* &c.
Germanis, Helvetiis præsertim, audit *der hohe Don-*
nerstag / quia inter omnes ferias quintas per totum
annum nulla hac est solennior. (κ) Nos nominamus
den Grünen Donnerstag / propter Christum *αειθαλήν κγλ*
αειζωον perpetuò florentem & viventem passum. In-
valuit autem in Ecclesia, ut in memoriam hujus my-
sterii perpetuam sacraë Eucharistiaë epulis pasceren-

tur hoc die omnes & singuli credentes, & in Orientali Ecclesia inter communicandum Troparium $\delta\delta$ $\delta\epsilon\iota\omega\nu\delta$ $\sigma\delta$ $\mu\upsilon\sigma\iota\kappa\delta$ accessisse, Allatius (λ) testatur.

(ϵ) quam sancta fuerit quarta quoque feria habita, ex antiquitate demonstrat Dn. Sagitt. Harm. Pass. p. 72. 73. (ζ) in Rationali L. VI. c. 76. (η) in Hierolexico, sub voce *Capitilavium*. (θ) vide Hildebr. de Natalitiis veterum c. XIII. & Casaub. Exerc. XVI, c. LV.

(i) sic loquitur sapius Matthæus Paris, Cœnobii Albanensis in Anglia Monachus, qui seculo XIII. floruit. (κ) Thummius in Tr. de Festis p. 110. (λ) in sapius citato Tractatu n. 31.

§. XVI.

In Concilio Aurelianensi II. c. 23 in honorem festi hujus diei statutum est, *Judeis à die Cœnæ Dominica usque in secundam Sabbati in Pascha, h. e. ipso quadriduò procedendi inter Christianos, aut Catholicis populis se ullò locò vel quâcunque occasione miscendi licentiam non esse debere.* Dn. Wildvogel (μ) hujus constitutioni ansam datam fuisse putat à malignò Judæorum erga Christianos animò, & execranda sanguinis Christiani fidi, dum eodem ad certos usus careere non posse, sed annuatim circa ferias paschales puerum immolandum quærere perhibentur.

(μ) in disput. de eo, quod justum est circa tempus quadragesimale

P. 54.

§. XVII.

Sequitur *parasceve* seu feria sexta Septimanæ S. Germ. *Der Kahr=over stille Frentag*. Hunc diē statim à temporibus Apostolorum solennem fuisse, credibile est, reddidit tamen eundem Constitutio Constantini

tini

li
v8
e-
l.
l.
v.
u
n
tini M. celebriorem, (v) qua mandavit, ut is dies, qui Sabbathum antecedit, festus esset, & omnes eum venerarentur, ob rerum earum memoriam, quæ eo die acciderant. Solenne antiquitus hoc ipsò fuit jejunium (o); Tertulliani ævo semel quotannis in hebdomade paschali eò die in memoriam passionis I. C. passim ab omnibus fuisse jejunatum, Dallæus (π) fatetur. Plura addere super se deo, nisi hoc, quod Hildebrandus alicubi (e) annotat: *Veteres Christianos in die parasceves ab omni quondam genu flexione & osculatione abstinuisse, à geniculatione quidem, ideò, ne Judæos Christum illudentes, ab osculo verò, ne Judam proditorem imitari viderentur.*

(v) Euseb. l. 4. de vitâ Constantini M. (o) loquitur ita Hildebr in
dissert. de Sacris publicis. (π) l. 4. de jejniis & quadrag. c. 5.
(e) in Rituali Orant. c. VIII. § 2.

§. XVIII.

Ultima in his diebus *Sabbatum Sanctum* est. Et hic dies jejniis, precibus, & laude Dei non caruit. Uti autem Christiani in magna, quæ dicitur, hebdomade totas sæpè noctes in precibus, in hymnis, in spirituali lectione, in concione, aliisque piis officiis cum jejunio infirmes traducebant, sic eam præsertim, quæ diem paschatis proximè antecedit, tam solennem habuerunt. Non mirum inde, Tertullianum (σ), ubi uxorem hortatur, ne post ejus obitum nubat, inter alia hoc argumento uti: *quis solennibus pascha ab nocte antem u-*

uxorem sustinebit? Et hinc natae in omni antiquitate
per celebres *Vigiliae paschales* (τ). Uti aliarum Vigilia-
rum, ita harum praecipuis tempore, sub Vesperam
confluebant in Ecclesias, cereos accendebant, Bapti-
smum (υ) & Eucharistiam administrabant, sacra con-
tinuabant multam noctem, expectantes quasi Domi-
ni resurrectionem, recitatis hymnis & psalmis, qui in
noctem & in Baptismi solennitatem quadrabant. Et
Eusebius (φ) refert, *Constantinum Paschales illas per vi-
gilationes ornasse lampadibus, & accendisse per totam
urbem columnas s. moles cereorum.* Inde apud Pontifici-
os *Cereus Paschalis* ortus creditur.

(σ) L. III. ad uxorem c. 4. (τ) Fecit hic nobis dicendi ferias Cl. Dn.

M. Götzius in Dissert. de *Vigiliis Paschalibus* Lipsiae 1687. habitâ.

(υ) Conf. Gerh. Theod. Meierus in Libro supra citat. §. 64. (φ)

l. 4. de vitâ Constantini M. c. 22. Plura qui de Ritibus primorum
Christianorum desiderat, legat, si potest, E. dyv. Waterhousium
in Discursu de pietate, charitate & politiâ antiquorum temporum
& Christianorum, Anglicô idiomate conscriptum & Londini
1665. editum; Paganin. Gaudentium de vitâ Christianorum ante
tempora Constantini M. Florentiæ A. 1639. excusum; Frontonem,
in Universitate Parisinâ Cancellarium in Epistolâ de vitâ & mori-
bus Christianorum, Parisiis 1660. emissam.

§ XIX.

Scilicet, uti in aliis festis, ita & in hac hebdomada
multæ progressu temporis exerceri sueverunt in Pa-
patu *superstitiosæ ceremoniæ.* De Cereo Paschali præ-
ced. §. dicere coepimus. Nolumus ad remotiora secu-
la, ejusdemque consecrandi institutionem regredi, (x)
potius

potius in nostris subsistemus temporibus. Nimir. ignem veterem superstitiosi Papicolæ in templis extinguunt, & novum ex chalybe eliciunt, atq; consecrant. Deinde candelam ceream magnam, quam *Ceream paschalem* nominant, in templū die Sabbathi paschalis ferunt, eumq; consecrant & de novō igni accendunt. Ritus hos describit Thomas Naogeorgus (ψ)

Ante diem paschæ vetus aptè extinguitur ignis,

Et novus è silicum venis extruditur: illum

Adjurat multis adversum incommoda Pastor &c.

Et quis vellet omnes has, inanes certè, ceremonias enumerare? v. g. Papæ cerealibus induti brachialibus (ω) hōc die tres pueros paptizandi morem, & ritum lacticia comedendi (a). In Sabbatho S. quare Offeritorium non dicatur? quare pax non detur? de eō consuli poterunt Macri & Casalius (b). In Baptisteria quomodo recens aqua infundatur, eademq; hoc die consecretur, Naogeorgus indicat. Ante Missam hōc die altaria rursus cooperiri & adornari, ex Durando (c) constat, ad quem harum rerum avidum Lectorem remittimus.

(χ) Instituti hujus Autorem Scriptores Zosimum assignant. Vid. Walafrius Strabo de Reb. Ecclesiast. c. 30. (ψ) l. 4. Regni Papifici. Adde Menardum ad D. Gregorii Papæ Librum Sacramentorum p. 90. 91. (ω) Brachialia sunt manicæ cerâ circumlinitæ, quibus in Sabbatho S. Pontifex baptizando utitur, ne paramenta sacra inficiat. Macri in Hierolex. p. 88. (a) Macri p. 278. sub voce *Formaticum*. (b) Macri c. l. passim, & Casalius p. 532. (c) l. V. Rationalis div. c. ff. c. 85.

Idem Durandus (d) de die Parasceves agit; & in hac die Ecclesia nullum officium solenniter celebrat, sed hora nona convenit ad adorandam crucem, non ad Missæ officium, quò hæc dies caret; ubi partim impia, partim falsa reperiri Hospinianus (e) observat. Romæ monstratur hoc die sudarium Christi, cui, sanguinis guttas abstergentem, faciem suam impressisse nugantur, quæ adhuc in eò cernitur. Eam videns cunctus populus clamat: *Misericordia, Misericordia*; & Reges Angliæ consueverunt olim hoc die multa ceremonia sacrare annulos, quos qui gerunt, comitali morbo non vexari creduntur. (f) In Ecclesia Andegavensi Sacerdos, qui in hac die hostiam non absomit, non progreditur ad deferendum ex sepulchro Sacramentum, sed duo Presbyteri alba stola & manipulo induti illud deferunt, de quibus Rupertus (g) ait: duos Presbyteros, qui Corpus Domini ad altare deferunt, significare Joseph justum ab Arimathia, & Nicodemum. Digna notatu sunt, quæ de indumentis Papæ hujus diei Macri referunt, v. g. de Cappâ, de Cingulo & Fanone. (h)

(d) L. VI. c. 77. (e) de Orig. Fest. Christ. p. 77. (f) Id. p. 78. (g) L. VI. de divinis officiis c. 23. (h) Conf. Hierolex. p. 70.

§. XXI.

Si quicquam, certè hoc superstitionem sapit, quod quidam ova, quæ gallinæ in die parasceves pariunt,
die

die Charfreitags=Vner / singulari studio conqui-
runt, & per totum annum asservant, efficaciam ex-
tinguendi incendia iisdem inesse rati. Refellit hos
Delrio (i) hisce verbis: *Vis illa supernaturalisne? cur
non idem competit enixis die Anastasis vel Natalis Do-
mini? Speciali, inquit, privilegio. Dic, sodes, un-
de nosti? cui & quando concessum? constat experien-
tia, dicent. Sed illa fallax est, & unde certus es, non
ex pacto effectum nasci. Devotio persuasit, dicat ali-
us. Non bona devotio, quæ cum scandalò conjuncta,
quæ meritò suspecta, quæ anilis, quæ singularis, quæ
nullò Ecclesie vel traditionis munita suffragio (l.)*

(i) disquisit. Mas. L. III. p. 2. qu. 4. sect. 6. (l) adducit eadem
Dn. Wildvogel Disp. de Quadrages. p. 56.

§. XXII.

Uti die Parasceves, & magnò Sabbathò, ita & die
Viridium campanæ non pulsantur, ad exprimendum
mœrorem. Pontifex R. remotâ tabulâ altaris Late-
ranensis infra ipsum altare conficit Eucharistiam, &
sanguinem cum thuribulò incensat, repræsentans hœc
pactò V.T. Pontificem, qui semel ingrediebatur in
Sanctum Sanctorum non nisi sanguine. Chrisma
quoque novum conficitur (m); Lotionem pedum
stultâ æmulatione Pontifex R. in tredecim pauperibus,
D albis

albis linteis indutis repræsentat (n). Svevit & Romæ
Excommunicatio omnium à Romanâ Ecclesiâ dis-
sidentium. (o) *Credo* in Missâ hâc feriâ non dici,
scribit Durandus (p), quia Apostoli tunc titubassent in
fide (q). Davantia in Ceremoniali notat, in die feriæ
Vtæ absq; calamô Papam communicare. (r) Nudan-
tur & altaria, quia Christus vestimentis eô tempore
fuit spoliatus. (s)

(m) Lege H. Menardum c. l. p. 65. Causam Rupertus in
Libb. de divinis officiis indicat.

(n) Thummius in Tr
cit. p. 110. Lotionem pedum ad exemplum Christi ex-
hibuerunt quoque Magnates utriusque sexûs, in quibus
& fuere olim Reges Angliæ. Montacutius T. II. Orig.
Eccl. Plura Exempla, & *ἱερωσύνη* videtis in Dn. Sagitt.
Harm. Pass. p. 173. 174. 175. De Pontificis lotionem agit Si-
mon Majolus Dier. Canicul. P. III. Colloq. VI. (o) Ma-
cri c. l. p. 496. (p) L. IV. c. 25. (q) usque ad Durandi
tempora hoc tantum esse observatum, secus hodie esse,
annotant Macri c. l. p. 605. (r) lidem p. 570. (s) Casal.
de Ritibus Vet. Christ. pag. 315.

§. XXIII.

Ex eo, quod Fidelium quondam turba Christo
Hierosolymis ingredienti occurrens palmarum fron-
des in viâ sterneret, superstitionis ævi vetu-
stas ritum invenit, *Dominicâ Palmarum* ramos con-
secrandi; eosq; populo distribuendi, quos illa postea
solen-

solenni processione per templa & strata viarum ma-
nu gestat clamans: *Osanna, Filio David.* (t) Mos
quoque erat, deferre librum Evangeliorum in pro-
cessionibus, tunc enim super humeros bajulabant
Diaconi ornatam machinam, in quâ deferebatur
Evangeliorum liber, qui Christum triumphantem
denotabat. (u) Ridiculus ritus Pontificius est, quan-
do in Dominicâ Palmarum *lignum asinum* cum si-
mulacro superposito per urbem trahunt, frondes ad
asini pedes projiciunt, quas postea veluti sanctas
domum reportant, coram eodem asino procum-
bunt &c. quem operosè describit Th. Naogeorgus in
Regno Papistico, ubi appositè addit:

Siquis & hos asinos putet, haud erraverit hercle.

(t) Hildebr. disp. de Sacris publ. cap. 24. (u) Alcuinus de div. Off.

§. XXIV.

Tantillum ex tantò numerò referre placuit. Plura
dabunt Autores Rituales. Id tamen adhuc notari
volumus: In Capella Papali solent imagines in Do-
minica passionis cooperiri, pronuuciatis in Evangelio
illis verbis: *Jesus abscondit se, & exivit de templo* (x).
Quomodo prætereà Papicolæ, die Veneris præpri-
mis,

mis, crucibus se onerent, flagellis se concidant, in crucifixi formam brachia expandant id prohi dolor ! in vulgus notum est. (y)

(x) Vid Macri in Hierolex. p. 322. (y) Conf. hîc Jesuita Faber in Concionum Parte hyemali, Conc. II. p. 606.

§. XXV.

Prolixus hîc esset campus exspatiandi visuris, quid observetur aliis ab orthodoxâ Ecclesiâ dissentientibus in Sanctâ hâc Septimanâ. Sic in Abyssinorum libris Manda & Abetile expressè hujusmodi præceptum extat (z): **Die 40. Tage in der Fasten zu halten / sonderlich in der Marterwoche / in welcher man nichts als Brodt und Wasser geniessen soll.** Apud Sinenses ad memoriam redemptionis nostræ feriâ sextâ in Parasceve solennis crucifixi adoratio instituitur, tantô cum doloris sensu, ut multis lachrymas excitet. (aa) Armenii Sabbathis & Dominicis quadragesimæ alemmata comedunt, lac, caseum & ova, quæ oleo & vino æquilavere anathemate jusserunt. Multâ verò superstitione Septimanam nostram celebrant. Nomen ei peculiare apud illos est ARZEIBURTZ s. ARTHIBURZIA, ejus propria significatio ferè ignoratur (bb.) Sic nec deesset materia dicendi de iis, quibus hæc præprimis hebdomada, ejusq; dies in suscipiendis negotiis observati fuere; quale quid de Rudolpho Habsburgico Imp. R.nar-

R. narratur, quod consueverit sextâ feriâ, quæ dies est Veneris, passioni Christi dicatus, cum hoste manus conferere, idq; præstitit in pugna cum Ottocarô, Rege Bohemiæ (cc). Sed nos brevitati litabimus.

(z) Vid. Asiatische und Africanische Denckwürdigkeiten dieser Zeit pag. 451. (aa) Zimmermann. in Amœnitatib. Histor. Eccl. p. 412. (bb) vid. Disp. habita Jenæ 1665. sub præsidio D. Gerhardi de statu Armeniæ Ecclesiastico & Politico, tam pristino quam hodierno §. 13. (cc) Zvvingerus in Theatro Vit. hum. p. 1997. & Sigm. v. Birckens Spiegel der Ehren des Erzhauses Oesterreich p. 102.

§. XXVI.

Hinc brevissimis ea, quæ in ditionibus Evangelicis, in specie Saxonis, observantur, attingemus. Nec indignâ observatione est, quod de Festo Annunciationis B. Mariæ si id in Septimanâ S. incidat, disposuit D. Augustus Sax. Elect. (dd) En! verba ipsius: Nachdem auch mit Veränderung und Verlegung des Festes Annunciationis Mariæ grosse und offtermalige unnötige Ungleichheit in der Kirchen vorgelauffen / darob sich die Leute nicht wenig geärgert / wenn es in der Char- oder Marterwoche gefallen / ist in nächst gehaltenen Synodis einhellig dahin bedacht und beschloffen / so oft ermeldtes Feitum in die Marterwoche gerathen / und auf den Montag / Dienstag oder Mittwoch gefallen / daß es am selbigen Tage auch in allen Kirchen gehalten werden soll / weil die Kirchen-

Diener keine erheblich Ursache haben/solches auf ei-
nen andern Tag zuverlegen. Wenn es aber auf den
Tag Coenæ Domini, Charfrentag/Sonnabend/oder
in die Oster=Feiertage fiele/ soll es auf den Halim=
Sonntag verleget werden.

(dd) in artic. general. de A. 1530. tit. 19. quam sanctionem D. Joh. G.
I. in der Kirchen=Ordnung repetiit. sicutiq; sunt eundem Sere-
nissimi Saxoniz Duces in der Weimarischen Kirchen=Ordnung
L. II. c. 9. §. 1.

§. XXVII.

Sic eadem Constitutiones Diem Viridium & Para-
sceven festis annumerant: (ee) Und sollen nemlich die-
se Feste gehalten werden: Der Tag Nativitatis oder
der Geburt Christi/ samt den nachfolgenden / der
Tag Circumcisionis, der Tag Epiphaniæ, der Tag pu-
rificationis memoriæ, der Tag *Coenæ Domini*, so man
nennet den Grünen Donnerstag/ daran von dem A-
bendmahl und hochwichtigen Sacrament zu predi-
gen ist/ der Tag des Leidens Christi/ so der Charfren-
tag genennet wird/ &c. Nec non Ord. Eccles. Vinarien-
ses. (ff) Betangende den Grünen Donnerstag und
Charfrentag/ werden solche nur Vormittage gefey-
ret / und an jenem aus dem Worten Pauli 1. Cor.
XI. von dem heil. Abendmahl / an diesem aber von
dem Begräbniß Christi aus den Evangelisten ge-
prediget.

(ee) Tit. von den sonderbaren Festen. (ff) P. I. c. 10. & P. II. c. 14. §. II.
§. XXVIII.

§. XXVIII.

Ritum, quem Chryfostomi ævò obtinuisse, supra §. 9. annotavimus, eundem adhuc in Saxoniâ receptum esse, ex sententiâ Scabinor. Lipsiens. annotat laudat Dn.D. Wildvogel (gg), Verba ita sonant : **Daß die Urthel / so in der heil. Marterwoche eröffnet / und alles / was darauff erfolgt / in Rechten nichtig / ungeacht was beklagter Theil dagegen vorwendet / als solte Kläger darein gewilliget haben. Da aber solch Urthel aufs neue an einem Tage / da man Gericht pfleget zu halten / eröffnet wird / und Beklagter solches zu fechten keine andere Ursache hätte / denn so in den ighigen Acten von ihm vorbracht / so bliebe es / desselben ungeacht / bey solchem Urthel billig.**

(gg) in Disp. de eò quod justum est circa tempus quadragesimale,

TANTUM!



R.H. 417, 8.

SE

de

HIS

M. GO

GEOR

NA

the/

SI

ENTIS

DOVICI,

NCISCI,

Π i
2617

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK
HALLE
(BAALE)

